ARTICVLVS III.

29.
27

Examinantur Iura competentia Sorori Mariæ Conſtantiæ Pallauicinæ, & Conſtantiæ Curiettæ Matri, necnon illa Reuerendæ Cameræ Apoſtolicæ.

1 EXPLOSIS Iuribus, & fundamentis, quibus nitebatur D. Maria Hieronyma Arnalda pro obtinenda Immiſſione ad Bona hæreditaria Marchionis Nicolai Mariæ Pallauicini, quæ per me recognita fuerunt prorsùs inſubſiſtentia, ac nullatenùs apta ad effectum impediendi Immiſſionem Reuerendæ Cameræ in ſupradictis Bonis, videndum ſupereſt, an Iura competentia Sorori Mariæ Conſtantiæ Pallauicinæ Profeſſæ in Monaſterio Sancti Bernardini Vrbis, & Conſtantiæ Curiettæ eius Matri, potiora, ac validiora ſint in concurſu Fiſci. Verùm illis per me ſeriò examinatis, fui in voto, dicto Monaſterio ex perſona dictæ Monialis, Immiſſionem dumtaxàt competere in ſexta parte hæreditatis, nempè in duabus vncijs æqualitèr repartiendis cum dicta Conſtantia Matre; In reliqua verò hæreditatis parte, Immiſſionem concedendam fore Reuerendæ Cameræ, iudicaui.

2 Siquidèm apud me in dubium non reuocabatur, quin dicta Soror Maria Conſtantia fuerit filia dicti Marchionis Nicolai Mariæ Pallauicini orta ex Conſtantia Curietta Matre, cumque dictus Marchio ab inteſtato deceſſerit, nulla ſobole legitima relicta, ſequitur exindè, quod in hoc caſu filia naturalis in duas Paternæ ſubſtantiæ vncias ſuccedere valeat, eas cum Matre pro virili repartiendo; Reliquum verò deferatur Fiſco, proùt in ſecundo Articulo demonſtraui, ſicuti clarè decidit *Text. in §.Conſideremus, Auth. de trient., & ſemiſs., & in §. Diſcretis, Auth. quib. mod. natural. efficiant. ſui, & in Auth. licèt, God. de natural. liber.*, benè *Peregrin. de Iur. Fiſci lib.3. tit.18. num.1., Paleott. de Noth., & Spur. cap. 38. num. 5., Mart. de Succeſs. legal. par.1. quæſt.16. art.1. num.4., Vaſquez de Succeſs. par.4. num.193., Carol. Anton. de Luca de Lin. legali lib.1. art.2. num.28., & lib.2. art.6. num.1., Antunez de Donat. Reg. par.3. cap.58. num. 42., & ſeqq., Caſtill. controuerſ. forenſ. lib.4. cap. 22. num.155., Cancer. variar. reſolut. par.1. cap. 5. num. 46., Donat. Anton. de Marin. lib.1. cap. 254. num.7., & 8., Michalor. de Fratrib. cap.19. par.3. num.27., Merlin. de Legitim. lib.1. tit.2. quæſt.4. num.1. verſ. Ab inteſtato, Conſtant. ad Statutum Vrbis annotat.37. num.18., Adden. ad R.P.D. Anſald. deciſ.100. num.74., Rot. deciſ.276.*

ciſ.276. num. 22. par.18. tom.1., & deciſ.500. num.12., & ſeqq. par.18. Recent. tom.2., & in Romana Succeſſionis 28. Nouemb.1703. §. Quamuis, coràm Eminentiſſimo Priolo, ibi = *Domini procedere maluerunt cum ſuppoſito, quod Maria Victoria fuerit quidem filia naturalis Vincentij, & conſequentèr etiam capax ſuccedendi pro rata duarum vnciarum ad Textum &c.*

3 Dubium, vt dixi, apud me non fuit, quin dicta Soror Maria Conſtantia fuerit filia naturalis dicti Domini Marchionis Nicolai Mariæ nata ex Conſtantia Curietta, etenim attenta regula in Iure communitèr recepta, quod filiatio reſpectu Patris eſt difficillimæ probationis, cùm verè, ac directè probari nequeat, & nemo eſt, vt ait Homerus, qui Patrem ſuum oſtendere poſſit, & habetur *in l. Lucius, ff. de conditionib., & demonſtrat., Bald. conſil.437. ad fin. lib.2., Rot. coràm Comitul. deciſ.59. num.2.*, ſat eſt, illam ſolis præſumptionibus, & coniecturis probare, proùt eas in hiſce terminis ſufficientes reputauit *Gloſs. in dicta l. Lucius, & in cap. Michael de fil. Presbyteror., Surd. conſil.1. num.38., & ſeq., Capon. controuerſ. forenſ. cap.6. num.25., Caſtald. conſult.100., & conſultat.121. vtrobique num.1., Palm. Nep. deciſ.179. paritèr num.1., Rot. deciſ.431. num.11., & ſeqq. par.6., & deciſ.310. num.1. par.11., & deciſ.212. num.1., & ſeqq. par.19. tom.1., & deciſ. 627. num. 6., & ſeqq. par.19. tom. 2. Recent., & in Romana, ſeù Cremonen. Hæreditatis 23. Februarij 1683. §. Præmiſſorum, coràm claræ mem. Cardinali Vicecomite, & in Romana Filiationis 23. Ianuarij 1683., confirmata 4. Februarij 1686. coràm claræ memoriæ Cardinali Caccia*, & in terminis filiationis illegitimæ, poſt *Tap. deciſ. Neapolit.37. num.5.*, & alios, firmat *Noguerol. allegat.25. num.25., Palma Nepos deciſ. Lucen.179. num.2., Rot. coràm Millin. deciſ. 260. num. 3., & coràm Comitul. deciſ.59. num.4., & in Recent. deciſ.314. num.2. par.6.*

4 Ad quarum coniecturarum examen, priuſquàm deueniam, operæ pretium exiſtimaui præmittere, quod in hac hypotheſi Ego, vt dixi, eram in ſenſu concedendi Sorori Mariæ Conſtantiæ Immiſſionem ad duas ſolummodò vncias (quidquid eius DD. Defenſores prætenderent ſuper tota hæreditate, de cuius prætenſionis inſubſiſtentia verba faciam inferiùs) ac proindè non quærebam de filiatione ad effectum dandi plenariam ſucceſſionē in hereditate Patris à tertio poſſeſſa, quo in caſu cum ageretur de magno præiudicio, filiatio deberet plenis, & concludentiſſimis probationibus verificari, ex collectis in magiſtrali *Voto deciſiuo bo. mem. Seueroli impreſs. poſt deciſ.535. par.14. Recent.*, & pluries reſpondit *Rot.* ſignantèr *in deciſ.289. num.2. par.1., & deciſ.447. num.1. par.13., & deciſ.92. num. 5. apud Zacch. quæſt. Medic. legal., & in Recent. deciſ.100. par.19.*, ſed quærebam de filiatione ob ſolum finem concedendi dumtaxàt duas vncias cum Matre repartiendas, quæ loco alimentorum ſuccedunt ad *Text. in l. Diſcreti, Auth. quib. mod. natural. efficiant. ſui, Surd. de Alinent. tit.7. quæſt.12. num.10., & ſeq., & num. 25. verſ. Quia certum eſt, Cyriac. controuerſ. forenſ.237. à num.5.*

à num.5. vſque ad 11., Peregrin. de Iur. Fiſci lib.3. tit.18. num.1., Rot. coràm Peutinger. deciſ.126. num.1., & ſeqq., & in Recent. deciſ.276. num. 22. par.18. tom.1., & deciſ.500. num.12., & ſeqq. par.18. tom.2.; Abſque eo quod dicta Soror Maria Conſtantia pro dictis duabus vncijs poſſit dici ſucceditrix in hæreditate, quià dato hærede vniuerſali, vtì eſt Fiſcus, ſucceſſor in duabus vncijs æquiparatur Legatarijs, non autem ſucceſſoribus, iuxtà *Text. in §. Conſideremus*, ibique *Gloſs. verſ. Legitima, Auth. de trient., & ſemiſs.*, cum alijs, quos refert, & ſequitur *Rota deciſ.500. num.15. par.18. Recent. tom.2.*; Ac proindè cùm ageretur de minori præiudicio, leuiores probationes ſufficere putaui, iuxtà ea, quæ, benè diſtinguendo caſum à caſu, tradit *Venturin. conſil.28. num.50., Caſtald. conſultat.199. num.3., & 4., Rot. deciſ.202. num.9. par.19. Recent.*; & meliùs *in deciſ.904. num.3. coràm Emerix Iun., & in Romana Filiationis 4. Februarij 1699. §. Sanè, & per tot. coràm bo. mem. Muto, & in eius confirmatoria 11. Decembris eiuſdem anni §. Solida; & ſub die 29. Aprilis 1701. §. Etenim, coràm bo. mem. Pio, & in Mantiſs. ad Card. de Luca deciſ.6. num.3. lib.14. tom.4.*

5 Rimatis igitur Iuribus, & documentis ad rem exhibitis, pro comperto habui, dictum Dominum Marchionem Nicolaum Mariam à primo temporis momento, quo Soror Maria Conſtantia in lucem prodijt, vſque ad ſui mortem, ſemper ſuppoſuiſſe, credidiſſe, reputaſſe, eamque agnouiſſe, atque tractaſſe vti propriam filiam; Etenim paulò poſt quàm nata eſt, de mandato Marchionis Nicolai Mariæ Sacro Baptiſmatis Fonte abluta fuit, cum impoſitione Nominis *Thereſia Liuia*, & Cognominis *Pallauicini*, ex hoc autem Baptiſmate facto de ordine eiuſdem Marchionis, & ex ſui Cognominis impoſitione, optimum conſurgit filiationis argumentum à dicto Marchione Nicolao Maria creditæ, & palàm agnitæ; Non enim Vir Nobilis, qualis erat Marchio Pallauicinus, Thereſiam Liuiam (quæ nùnc in Religione vocatur Maria Conſtantia) deſcribi paſſus fuiſſet, ac demandaſſet cum ſui Cognomine, quatenùs argumenta validiſſima non habuiſſet, quæ ei ſuaderent, eamdem Thereſiam Liuiam eſſe ſuam filiam, vt conſiderat *Rot. coràm Merlino deciſ.488. num.5., & in Recent. deciſ.43. num.15. par.17., & deciſ.191. num.41. par.18., & deciſ.212. n.6. cum ſeqq. par.19. tom.1., & deciſ.265. num.9. par.19. tom.2., & in Mantiſs. ad Cardinalem de Luca dicta deciſ.6. num.6. lib.14. tom.4.*

6 Parùm releuante exceptione promota à Dominis Defenſoribus Reuerendæ Cameræ, quod in inſcriptione partitæ Baptiſmatis legantur appoſita conficta nomina Ioannis, tanquàm Patris, & Franciſcæ de Leris, tanquàm Matris; Quoniàm cum talis nominum deſcriptio fuerit facta de expreſſo mandato dicti Marchionis Nicolai Mariæ, qui memorata nomina pro iſto effectu in ſcriptis conſignauit, vt deponunt Teſtes, nemo non videt, id fuiſſe artificiosè à dicto Marchione Patre demandatum, ad parcendum pudori, & tegendam maculam, atque peccatum, vt in puncto ponderat *Pariſ.*

conſ.10.

*conſ.*10. *num.* 86. *lib.* 2., *Decian. conſ.*1. *num.*131. *lib.*3., *Noguerol. allegat.* 25. *num.* 37., *Rota coràm Celſo deciſ.* 226. *num.*13., ibi = *Nec vrget, quod in Libro Baptiſmatis Matthæus fuerit deſcriptus filius Hieronymi, non autem Antonelli, quia id fieri ſolet propter honorem ipſorum, ad occultandum peccatum* = *Rota deciſ.*238. *n.*15., *&* 17. *par.*1. *diuerſ.*, *& poſt ſecundum volumen conſil. Farinacc. deciſ.*279. *num.*3.

7 Ad hoc vniformitèr conferunt ea, quæ dictus Dominus Marchio Immediatè poſt baptiſmum, & deindè ſucceſſiuis temporibus continuò peregit, ipſe enim hac de cauſa plura munera elargitus fuit, ipſe Nutrici Puellam lactanti mercedem dedit. Quinimò quia iſtius lac ſalubre non erat, alteram curauit inuenire, cui proprijs manibus filiolam tradidit, mercedem ſoluebat, ac munera elargiebatur, infantem frequentèr inuiſendo, deoſculando, ac neceſſaria ſubindè ſemper ſubminiſtrando; Et poſtquàm Puella ab ætate puerili egreſſa eſt, ab eodem Marchione alimenta recepit, aliaſque expenſas tam neceſſarias, quàm voluptuarias, pro illa facere dictus Marchio, etiam tempore, quo in Monaſterio Sancti Bernardini in educatione permanſit, non prætermittebat. Quodque plus eſt, palàm illi vtì propriæ filiæ blandiebatur, talem denominabat, & ab alijs denominari, minimè grauabatur, vt deponunt Teſtes. Ex quibus circumſtantijs minimè dubitari valet, quin reſultent euidentiſſima filiationis argumenta, ſicuti communitèr Doctores omnes conueniunt, vt de pluribus expenſis factis in baptiſmate *Noguerol. alleg.* 25. *num.*57., de largitate munerum *Tap. deciſ.*37. *num.*5., *Noguerol. deciſ.* 25. *num.* 8., *Altimar. ad Rouit. conſ.* 62. *num.*8., *& ſeqq. Gratian. diſceptat.* 172. *num.*70., de mercede ſoluta Nutrici notauit *Bald. in cap. Perpenſas num.*1., *&* 5. *de probat. Carol. Anton. de Luca ad Gratian. cap.*562. *num.*9., *Noguerol. allegat.* 25. *num.* 57., *& ſeqq. Tap. deciſ.* 37. *num.*3., *Altimar. ad Rouit. conſ.* 62. *num.* 8., *Rot. deciſ.* 212. *num.* 8. *par.*19. *Recent. tom.*1., *& in Romana Filiationis* 4. *Februarij* 1699. §. *In hypotheſi*, *coràm bo. mem. Muto*, *Rota in Mantiſs. Card. de Luca dicta dec.*6. *num.*8. *lib.*14. *tit.*4., in terminis alimentorum *Rot. coràm Merlin. deciſ.*488. *num.*10., *& coràm Cerro deciſ.*294. *num.*4., *& coràm ſan. mem. Alexandro VIII. deciſ.*251. *num.*5., *& in Recent. dec.*627. *num.*13. *par.*19.; Ac tandem in propoſito tractatus, & denominationis filij à controuerſo Patre, & Exteris *Franc. Palm. conſ.*45. *num.*19., *& ſeqq. Rot. coràm Vbald. deciſ.*35. *num.*9. *coràm Merlin. deciſ.*388. *num.*17., *& in Romana, ſeù Perufina Filiationis* 1690. *coràm clar. mem. Cardinali Caprara* §.3. *cum ſeqq.*, iunctis alijs relatis *in dicta deciſ.*6. *num.*8. *ad Mantiſs. Card. de Luca lib.*14. *tom.*4.

8 Quibus adſtipulabantur alia non minùs vrgentia argumenta, deprompta ex alijs actibus geſtis ab eodem Domino Marchione, nempè ex cuſtodia Domus, & perſonæ, tam eiuſdem Conſtantiæ Matris, quàm Thereſiæ filiæ, ſub Cura propriorum famulorum, retinendo apud ſe clauem Domus, vt ad ſui libitum patere poſſet acceſſus,

ceſſus: Ex fide deſponſandi dictam Conſtantiam Matrem ei data à dicto Marchione, vt per ſubſequens matrimonium Proles euaderet legitima; Ex tractatu ergà Puellam more nobilium; Ex retentione ipſius Matris, & filiæ, in proprio Palatio ad ſui beneplacitum, vnà cum conuictu in vna, eademque menſa, ſcientibus, ac videntibus omnibus; Quæ omnia maximum præbere argumentum filiationis, Doctores firmant, vt de fide deſponſandi tradit *Caſtald. conſ.121. num. 9., Rot. coram Royas dec.139. paritèr num. 9.* Et de tractatu facto more nobilium firmat *Altimar. ad Rouit. conſil.62. num.15., Rota in Carpentoracten. Fideicommiſſi* 12. *Ianuarij* 1699. *§. Secundò quia, & §. Ex quibus, coràm clar. mem. Cardinali Caprara.*

9 Hæc omnia comprobata remanebant ex ſimilitudine effigiei, ac morum Sororis Mariæ Conſtantiæ, cum effigie, ac moribus Marchionis, adeoùt omnes, quibus datum erat, hunc, & illam aſpicere, affirmarent, Sororem Mariam Conſtantiam certò à dicto Marchione fuiſſe progenitam, & ex publica voce, & fama filiationis huius, vigente, tam inter Domeſticos, quàm inter Extraneos, quæ ortum non habuit à Perſonis non informatis, ſed à confeſſionibus ipſiuſmet Marchionis Nicolai Mariæ, & Conſtantiæ, necnon Domeſticorum, vt deponunt Teſtes, qui cum de hoc facto haberent plenam notitiam, ac de omnibus claram rationem reddant, vtique plenam fidem faciunt, & famæ probationem corroborant, vt ait *Rot. coràm Seraphin. deciſ.*1050. *num.*8. *ad medium, & in Recent. deciſ.*409. *num.9. par.9., & deciſ.125. num.11., cum plurib. ſeqq. par.15., & deciſ.627. num.15. par.19. tom.2.* Ex dictis namque actibus, & circumſtantijs filiationem præſeferentibus, benè colligebam, quod agnitio Marchionis in filiam, non prouenerit ex erronea eiuſdem credulitate, ſed ex certa, & fundata ſcientia, vt conciliando Doctores, & Deciſiones, quæ in oppoſitum afferri poſſunt, firmauit *Rot. coràm Priolo deciſ.142. num. 16., & ſeqq., & in Recent. deciſ.100. num.24. cum ſeqq., & deciſ. 212. num.10. par. 19.*

10 Nulliuſque releuantiæ exiſtimaui exceptiones deductas à DD. Defenſoribus Reuerendæ Cameræ, tam quoad Teſtium perſonas, quàm quoad eorum dicta, ex eo quia nonnulli erant conſanguinei, ac inter ſe contrarij. Quippè reſpectu ad conſanguinitatem, cum in hac materia reperiri non ſoleant Teſtes idonei, quibus veritas facti innoteſcat, admitti debent Teſtes cuiuſuis generis, & etiam inhabiles, vt tenuit *Rot. poſt Salgad. in Labyr. credit. deciſ.83. num.7., & coràm Ninot. deciſ.13. num.*10. Signantèr quandò, proùt in caſu præſenti, ſunt plenè informati, eorumque dicta adminiculata remanent ab alijs circumſtantijs, & coniecturis ſuperiùs perpenſis, & inferiùs perpendendis, necnon ab alijs Teſtibus idem deponentibus, à quibus ſuppleta remanet eorum fides, ac propterea in hoc caſu, non obſtante conſanguinitate, adhùc perfectam probationem inducunt, vt ait *Rot. coràm Manzie. dec.*228,

 num.2.,

num.2., & coràm Buratt. deciſ.844. num.13., coràm Ninott. dec.13, num.11., & in Recent. deciſ.713. ſub num.2. par.2.

11 Nec attendendam putaui contrarietatem, quæ oriri videbatur, ex eo, quod vnus ex dictis Teſtibus deponat, Conſtantiam euaſiſſe prægnantem in loco *detto Monte d'Oro*, & alter in loco *detto lo Spirito Santo*, quoniàm hæc circumſtantia loci parùm videtur conſiderabilis, & contrarietas iſta benè excuſari valet ex ſolo motiuo obliuionis, præcipuè attento decurſu plurium, & plurium annorum, quando ad hunc effectum ſat eſt decurſus quinque, vel ad ſummum ſex annorum dumtaxàt, proùt ad tollendam Teſtium contrarietatem ponderat *Farinacc. de Teſtib. quæſt. 67. num. 85., & num. 224.*, quem in noſtris terminis refert, & ſequitur *D. Pierus in eius voto 73. num.37. poſt Torr. de maiorat.*, & benè probat *Noguerol. dicta allegat. 25. num.31., & ſeqq.*

12 Multoque minùs mihi viſum fuit, adeſſe ſingularitatem, quippè cum eorum examen concordet in ſubſtantia, nimirùm in tractaribus, & agnitionibus factis à dicto Marchione Nicolao Maria in filiam, ſuper quibus tota vis probationis filiationis conſiſtit, id pluſquàm ſufficiens eſt, vt illis plena fides habeatur, eſto, quod diſcordent in aliqua circumſtantia non ſubſtantiali, vt per *Natt. conſil.46. num.144., Farinacc. de Teſtib. quæſt.67. num.179. Rot. coràm Mantic. deciſ.6. num.6., & coràm Bich. deciſ.618. num.8.* iunctis alijs relatis per *Adden. ad Buratt. deciſ. 42. num.13. = Vbi quod pondus, & ſubſtantia probationum non verſatur circà accidentales circumſtantias =* Eoque magis, quia in præſentiarum non agebatur de probandis principalitèr illis actibus, de quibus Teſtes deponunt, ſed de probando effectu, qui ex dictis actibus reſultat, nempè filiationem, quo in caſu Teſtium ſingularitas nunquàm videtur eſſe obſtatiua, iuxtà doctrinam *Caſtrenſ. in conſil.151. num.1. verſ.2., Crauett. conſil.73. num.3., & conſil.667. num.3., & 4., Rot. deciſ.279. num.4. poſt ſecundum volumen conſil. Farinacc.*, & in noſtris terminis firmat votum *D. Pieri num.38. poſt Torr. de maiorat. deciſ.73.* Animaduerſo ſignantèr, quod cum iſti ſint plures, exceptio, quæ forsàn cadere poteſt in vno, non militat in alijs, qui procùl dubio plenam probationem faciunt, vt in propoſito animaduertit *Rot. dicta deciſ. 212. num. 14., & ſeqq. par.19.*

13 Cæterùm apud me omnis ſublata remanebat dubitatio ex geminis alijs actibus ab eodem Marchione Nicolao Maria geſtis vnoquoque de per ſe ſufficienti pro huiuſmodi filiatione ſuadenda. Primus enim elicitur ex Dotatione facta ab eodem Marchione occaſione ingreſſus d. Sororis Mariæ Conſtantiæ in Monaſterium S. Bernardini Vrbis, cui non ſoluit regularem Dotem ad hunc effectum dari ſolitam, ſed duplicatam more Nobilium exburſauit in ſumma ſcutorum 1500. promittendo vlteriùs releuare indemnem Illuſtriſſimum Dominum Iacobatium Fiſcalem Generalem ex cauſa obligationis per eumdem emiſſæ occaſione dictæ Dotis fauore Monaſterij,

Digitized by Google

ſterij, vt narrant Teſtes dati in *Summario Monaſterij*, & probat Inſtrumentum recognitionis bonæ fidei factæ ab eodem Illuſtriſſimo Domino Iacobatio Fiſcali; Huiuſmodi namque actus Dotationis, cum ſit in ſe valdè proportionatus, nec conueniens, niſi filiæ, de per ſe exuberans eſt ad filiationem probandam, vt optimè aduertit *Gratian. diſceptat. 673. num. 3.* ibiquè *Carolus Antonius de Luca, Phęb. decij. Portugalliæ 76. num. 6., & num. 15., & ſequent., Hodiern. ad Surd. deciſ. 145. num. 10., Rot. coram Buratt. deciſ. 725. num. 5., & ſequent., & coram Arguell. deciſ. 73. num. 8.* Quinimò ad hunc effectum ſat eſt ſolus tractatus Matrimonij, vel Monacationis, vt monet *Hodiern. ad Surd. dicta deciſ. 145. num. 10., Cenſual. ibidem num. 7., Phęb. deciſ. Portugalliæ 76. num. 15., Rot. deciſ. 238. num. 6. par. prima diuerſor., & cor. Vbald. dec. 15. num. 6.*

14 In ſequelam huiuſmodi Dotationis ſubſequitur alter actus, nempè renunciatio, quam vigore illius à filia dictus Marchio Nicolaus Maria reportare curauit, & pro qua, tàm fuit ſollicitus, vt ad effectum illius validitatis curauerit, eam extrà Monaſterium Sancti Bernardini, vbi manebat, traducere, iſta namquè ſollicitudo, adhoc, vt filia cum omnibus requiſitis ſolemnitatibus renunciaret omnibus, & quibuſcumque Iuribus, quæ eidem competere potuiſſent ſuper bonis Paternis, pluſquàm ad euidentiam demonſtrat, Thereſiam verè ſuam filiam fuiſſe, nàm aliàs tanta cum diligentia non curaſſet, vt illa tàm amplam renunciationem fauore ſui ipſius emitteret, niſi verè ſciuiſſet, eſſe ſuam filiam, quæque ſolummodò vti talis poterat ſuper bonis Paternis, ac renunciatis Iura ſibi competentia exercere, vt ponderat *Rot. coram Martin. Andr. deciſ. 158. num. 4., & coram Ninot. deciſ. 13. num. 6. verſic. Eoquè facilius in rec. deciſ. 217. num. 8. part. 15., & in Auenionen., ſeù Vaſionen. Primogenituræ 25. Iunij 1700. §. ſecundò quia coram bon. memor. Iacometto* ibi= *Et ex dicta reportata renunciatione, quam non procuraſſet, niſi ſciuiſſet verè eſſe ſuam Sororem, & eidem vti tali ſuper bonis communium Parentum, dicta Iura renunciata competere, vt in terminis Rota &c.*

15 Vis ſupradictorum argumentorum in nihilo obumbrata remanebat ex animaduerſionibus accuratè factis per Dominos Defenſores Reuerendæ Cameræ, ac elicitis ex eo, quod in actibus, tàm renunciationis, quàm dotationis, fuerunt expreſſa nomina Illuſtriſſimi Domini Iacobatij Fiſcalis, nec non nomina Patris, & Matris de Mediolano, vndè inferebatur, dictum Dominum Marchionem Pallauicinum nullatenùs voluiſſe, tàm in Dotatione, quàm in renunciatione, filiam agnoſcere in ſuam; Idque etiamſi fuerit geſtum ad cohoneſtandum honorem, & propriam exiſtimationem. Huiuſmodi namquè diſcurſus illicò apud me corruebat, reflectendo ad recognitionem bonæ fidei vtriuſque actus factam ab Illuſtriſſimo Domino Iacobatio Fiſcali fauore dicti Marchionis Nicolai Mariæ, qui illam libenti animo acceptauit, vt inter Partes, non controuertebatur. Huiuſmodi namquè bonæ fidei recognitio operatur, vt

 vtrum-

vtrumquè Inſtrumentum tàm Dotationis, quàm renunciationis ſub nomine dicti Domini Iacobatij ſtipulatum habeatur, ac ſi fuiſſet cum eodemmet Marchione initum, & celebratum, vt ait *Rot. coram Duran. deciſ.* 46. *num. primo*, *& ſequent.*, *& coram Vbald. deciſ.*271.*paritèr num. primo, & ſequent.*, *& in recent. deciſ.* 273. *num. primo part.* 7., *& deciſ.* 45. *num.* 5. *part.* 8., *& in Mantiſſ. ad Cardinal. de Luca deciſ.* 18. *num.* 5., *& deciſ.* 20. *num.* 9. *libr.* 5. *tom. primo*.

16 Et ex hoc remanebat in aperto, id fuiſſe excogitatum, *acciò non l'aueſſero burlato*, ſicuti ipſe aiebat, vt deponit ſextus Teſtis Religioſus, & conſonant dicta primi Teſtis; Cumque talis ſimulatio ad tegendam maculam de Perſona ad Perſonam, ſit omninò licita, & conſueta, ſignantèr quando nulli inducit præiudicium, iſto caſu huiuſmodi ſimulatio, & nominum confictio nullius videtur eſſe conſiderationis, vt in terminis firmauit *Tapia deciſ. Neapolit. dicta deciſ.*27.*num.*5. ibi = *Addebatur prædictum Tyberium Patrem promiſiſſe pro Dote illi certam ſummam donare, etſi tunc noluerit declarare illam filiam, quod perpendit, Ripa &c., Noguerol. allegat.* 23. *num.*59., *Rota coram Celſo dicta deciſ.* 226. *num.*13., *& deciſ.* 238. *par. prima diuerſ. functis alijs ſuperius allegatis*.

17 Agnoſcebant DD. Defenſores Reuerendæ Cameræ vim omnium præmiſſorum; Vndè pro eneruanda filiationis probatione inſiſtebant in eo, quod dicti Teſtes de tempore conceptionis non concludebant arctam ventris cuſtodiam; Et quamuis ad tollendam præſumptionem, quod filius poſſit eſſe conceptus ab alio, quàm ab aſſerto Patre, de neceſſe ſit probare Matrem talitèr fuiſſe cuſtoditam, vt nullus alius potuerit ad illam habere acceſſum, prætérquam Pater Nati, adhùc tamen Ego fui in ſenſu, quod huiuſmodi concluſio intelligenda veniat cum illo temperamento, iàm expoſito in §. *Ad quarum*, quod ſcilicèt filiatio ſit concludentiſſimè probanda, quando agitur ad effectum conſequendi plenariam ſucceſſionem, non autem quando, prout hìc, agitur ad ſolum finem conſequendi duas vncias loco alimentorum: Et admiſſo pro indubitato, quod ex huiuſmodi ſola probatione arctæ Cuſtodiæ filiatio remaneat concludentèr probata, abſquè vllo coniecturarum, & præſumptionum concurſu, iuxtà præſumptionem de qua in *leg. miles* §. *defuncto ff. ad leg. Iuliam de Adulter.*, quam diſpoſitionem militare etiam in tali caſu dixit *Pacion. allegat. Ciuil.*, *& Canonic.* 199. *num.*8. *cum ſequent.*, & firmauit *Rot. in deciſ.*332. *num.*3. *poſt ſecundum volumen Conſil. Farinacc.*

18 Non exindè dicendum ſequitur, quod præciſiuè ab huiuſmodi probatione arctæ Cuſtodiæ ſolummodò in certis caſibus facienda, non poſſit conuinci filiatio per præſumptiones, & coniecturas, aliàs enim deſtructa remaneret communis concluſio, quod filiatio reſpectu Patris, vtì res difficillimæ probationis, præſumptionibus, & coniecturis probari non poſſet, quod eſt de directo contrarium communi Doctorum, & Sacræ Rotæ Sententiæ, vt optimè in hiſce

ter-

terminis animaduertit *Pacion. allegat. Ciuil.*, & *Canonic. d. alleg.* 199. *num.* 13. *cum ſeqq.*, *Rot. dec.* 125., & *dec.* 246. *num.* 5., & 6., & *per tot. par.* 15. *recent.*

19 Poſito igitur, quod probatio filiationis, præciſiuè à probatione arctę Cuſtodiæ fieri poſſit per præſumptiones, & coniecturas, exiſtimaui, illam remanere ſufficientèr probatam ex concurſu plurium præſumptionum, & coniecturarum ſuperiùs enucleatarum; & fortiùs concurrentibus alijs ponderationibus, & coniecturis mox expendendis; Etenim nulla erat controuerſia in facto, dictam filiam fuiſſe conceptam in vtero Matris ſuæ de anno 1691., dùm orta eſt die 19. Aprilis 1692., vt ex fide *Baptiſmatis*, quo tēpore Conſtantia Mater conſtituta reperiebatur in ætate annorū viginti octo, quod pariter reſultabat ex fide Baptiſmatis eiuſdem Conſtantiæ Matris natę die 24. Iulij 1663. Pariterque in facto non controuertebatur, à duodecimo ſuæ ætatis anno, vſque ad annum vigeſimum ſeptimum permanſiſſe in educatione in Monaſterio Sanctæ Crucis ad Longariam, ſicuti eruebatur ex partitis Librorum dicti Monaſterij, & ex atteſtatione Prioriſſæ eiuſdem Monaſterij, ſub cuius cura moram traxit, & poſt dictum tempus egreſſa è dicto Monaſterio tradita fuit Vrſulæ eius Matri, ſicuti paritèr patet ex fide dictæ Prioriſſę, & ex partitis Librorum eiuſdem Monaſterij continentium Alimentorum ſolutionem vſquè ad illud tempus, qui Libri plenam probationem conſtituunt, iuxtà ea, quę tradit *Clericat. diſcordant. forenſ. part.* 4. *diſcordant.* 32. *num.* 6., vbi quod Liber Monaſterij probat ingreſſum, permanentiam ingreſſi, & actus ab eo geſtos.

20 Pariformiter prò indubitato ſupponendum eſt, quod tempore, quo Conſtantia permanſit in Monaſterio nullum potuerit habere Commercium cum vlla perſona, dùm permanendo in Monaſterio, dici debet permanſiſſe in Domo Caſtitatis, idquè vſquè ad annum 1690.; quo tempore è Monaſterio egreſſa eſt. Idcircò licèt de ſubſequenti anno 1691., quo concepit, reperiretur extrà Monaſterium, attamèn cum poſtquàm egreſſa eſt, fuerit illicò tradita cuſtodiæ Matris, non poteſt ſanè præſumi, in eius Domo alios præter Dominum Marchionem Pallauicinum conuerſationem habere potuiſſe, præcipuè quia ab eo plura beneficia conſequebatur, & etiam promiſſionem futuræ Deſponſationis receperat, vt deponunt Teſtes, ex quibus omnibus, cum conuincatur, in præſenti, non agi de Meretrice, quæ ſui corporis quæſtum facere, & per Vrbem, ac per Domos vagari conſueuerit, ſed de honeſta Puella retenta Domi ad honeſtiora exercitia ſub arcta cuſtodia Matris ſuæ, & D. Marchionis Pallauicini, ſicuti aliorum concubitus inueriſimilis redditur, ità à ſolo Domino Marchione cognitam fuiſſe, comprobatum remanet ex ijs, quæ firmat *Rot. in Romana*, *ſeù Cremonen. hæreditatis* 23. *Februarij* 1680. §. *Maximè verò coram clar. mem. Cardinali Vicecomite*, & *in Romana filiationis* 4. *Februarij*, & 11. *Nouembris* 1699. *coram bon. mem. Muto*, & *in Romana filiationis*

 11.

11\. *Nouembris 1706.* §.*Non obſtante coram Aldrouando,& in recent. deciſ. 125. num. 25.,& ſequent. part. 15.*, *& deciſ. 627. num. 12. part. 19. tom. 2.*

21 Et huiuſmodi probatió filiationis clarior apud me euadebat, attenta Confeſſione ipſius Conſtantiæ, cui, cum non ſit ſimplex, ſed adminiculata, ac corroborata reperiatur ex tractatu, & nominatione facta à dicto Marchione Nicolao Maria, ac pluribus Circumſtantijs, & coniecturis ſuperiùs expenſis, procul dubio omnis fides præſtanda venit, iuxtà Doctrinam Innocentij in *Cap. per tuas de probat.*, *Rot. poſt ſecundum volumen Conſil. Farinacc. deciſ. 279. num. 2.*, *& coram Priol. deciſ. 141. num. 9.*, *& ſequent.* Parùm releuantibus Authoritatibus per DD. Defenſores Reuerendæ Cameræ adductis in eodem Reſtrictu Facti,& Iuris §. 14. firmantibus, confeſſionem Matris ad effectum, de quo res eſt, nullius eſſe efficaciæ, quippè dictis Authoritatibus perpenſis, dignoſcuntur, omnes loqui de ſimplici confeſſione Matris deſtituta tractatu, & nominatione à Patre factis, alijſquè præſumptionibus, & coniecturis filiationem ſuadentibus, & in hiſce terminis Ego illam quoque approbaui in ſecundo Articulo, ſecùs verò eſt, quando vnà cum confeſſione Matris adeſt tractatus, & nominatio Patris, nec non concurſus plurium præſumptionum, & Coniecturarum illius confeſſionem comprobantium, in quibus ſanè circumſtantijs, procul dubio Matris confeſſio attendenda venit, vt optimè ponderat *Theſaur. deciſ. 3. num. 5. iunct. num. 4.*, *Noguerol. allegat. 25. num. 60.*, *& ſequent.*

22 Sanè in præſenti caſu in dubium per me non reuocabatur, quin dicta confeſſio corroborata remaneret ex tot tantiſquè actibus exercitis à Marchione Nicolao Maria Thereſiam pluriès, ac ſæpiſſimè nominando filiam, ac in actibus proportionatis illam prò filia agnoſcendo. In hiſce namquè circumſtantijs, nullatenùs applicabiles erant Authoritates loquentes de ſimplici Matris confeſſione, & de Ventre incuſtodito, dùm omnes Doctores, ac Sacræ Rotæ Deciſiones admittunt, in iſto caſu non exigi probationem cuſtodiæ Ventris, vt diſtinguendo, & declarando contrarias Deciſiones firmat *Rot. in Bononien. fideicommiſſi 10. Iunij 1675. num. 10. impreſſ. apud Manſ. conſult. 342. nu. 32.*, *& ſequent. poſt Conſtantin. ad Statut. Vrbis deciſ. 123. num. 3. cum ſequent.*, *& in Romana filiationis 21. Ianuarij* 1704. §. *Quo circà coram Eminentiſſimo Priolo*, *& in eius Confirmatoria* 8. *Aprilis* 1707. §. *Contrarijs coram bon. me. Omaña*, & in indiuiduo contrà Reuerendam Cameram, pronunciatum fuit in hoc Tribunali Illuſtriſſimi Domini Theſaurarij, quamuis non fuiſſet probata cuſtodia ventris, ex eo potiſſimum quia contra Fiſcum concurrebat quaſi poſſeſſio conſanguinitatis, ex tractatu, & nominatione facta à Patre in actibus proportionatis, vt in Voto *Pieri 73. poſt Torr. de maiorat. num. 19. cum ſequent.*, *& num. 35. vſquè ad 39.*

23 Sic itaquè conſtabilita, & à quacumque excogitabili oppoſitione

vindi-

vindicata filiatione naturali Sororis Mariæ Conſtantiæ, fui in ſenſu, quod illi benè applicaretur diſpoſitio dicti *Text. in §. Conſideremus Auth. de Trient., & ſemiſſ., & in §.Diſcretis authentic. quibus mod. naturales efficiantur ſui, & in Auth. licèt Cod. de natural. liber. cæteraque Authoritates citata ſupra §. Siquidem apud me*, cum quibus concordant *Fragoſ. de Regimin. Reipublic. par.3. lib.primo diſputat.2. §.6. num.167., Bottilier. de Succeſſ. inteſtat. Theorem.6. nu.8. Seſſ. deciſ. Aragon.43. num.41., & deciſ.182. num.5. Conſtantin. ad Statut. Vrbis annot.37. num.18.*; Non obſtante, quod de Iure ciuili Romanorum naturales ſolummodò dicerentur illi, qui nati ſunt ex concubina Domi retenta in Schemate concubinatus, iuxtà ea, quę adducit *Menoch. de præſumpt. lib.6. præſumpt. 34. num.4., Paleott. de Noth., & ſpur. cap. 12. num. 5., Carual. de vtraque quart. part. prima num.1361. cum alijs adductis per Antunez. de Donat. Reg. par.3. cap.18. num.36.* Quoniam licèt Soror Maria Conſtantia nata non ſit ex Muliere retenta in Schemate rigoroſo concubinatus, orta nihilominùs eſt ex ſoluto, & ſoluta, inter quos non dabatur impedimentum ad contrahendum Matrimonium, ac proindè filia naturalis rectè poteſt appellari, attenta diſpoſitione Iuris Canonici, *Couarr. de Sponſalib. part.2. cap.8. §.4. num.2. Robl. de repræſent. lib.2. cap.11. num.7., Peregrin. de fideicomm. artic.22. num.86., Merlin. de legitim. lib.primo tit.2. quæſt.5., Pereir. deciſ.12. Antunez. de Donat. Reg. dicto cap. 18. nu. 37., Carual. de vtraq; quart. part. prima num.136., & num.137., & ſeqq; alijq; adducti per Rot. deciſ. 377. nu.26. par.19. recent.*

24 Neque apud me vim faciebat Sententia nonnullorum Doctorum aſſerentium, quod Iura Ciuilia, quæ dant filijs naturalibus ſucceſſionem in duabus Vncijs, loquuntur de filijs natis ex Concubina, ac proindè eorum diſpoſitio non valeat extendi ad natos ex ſoluto, & ſoluta extrà concubinatum; Quoniam vltrà, quod in præſenti caſu non deficiebant circumſtantię ęquipollentes requiſitis concubinatus, dùm vterque erat ſolutus, & Conſtantia Mater fuit ſemper à Domino Marchione retenta cum magna Cuſtodia, & ſub ſua protectione, Claues eius Domus retinendo, & cum illa aſſiduam conſuetudinem habendo; Et quidem ſub promiſſione contrahendi Matrimonium, vt deponit nedùm ipſamet Conſtantia Mater in eius examine ad quartum Interrogatorium; Sed etiam ſecundus Teſtis Eliſabettha Bacchini ad ſextum Interrogatorium, & Tertius Teſtis Angela Sartoria ad quartum Interrogatorium, quę omnia, & ſignantèr longa, & diuturna conſuetudo ſatis ſunt ad concludendum concubinatum, ex animaduerſis per *Baiard. ad Clarum in §. Fornicatio num.13., Peregrin. de Iur. Fiſci lib.3. tit.8. ſub num. 6., Lup. de Illegitim. Commentar. primo §. primo num. 9., & §. 5. ſub num. 118., Farinacc. de delict. Carn. quæſt. 138. num. 15., & 16.* noſtris præcipuè temporibus, quibus diſpoſitione Iuris Canonici inſpecta, Concubinatus requiſita, haud quaquàm ſunt practicabilia, vt in propoſito firmat *Michalor. de Fratribus part. 3.*

cap.2.

cap.2. num.56., *& cap.19. num.5.*, *& 6.*, quod eſt adeò verum, vt rectè dici valeat, antiquam concubinatus formam ab Aula receſſiſſe, vt in hiſce terminis teſtatur *Eugen. conſil.29. nu.21. lib.2.*, *Maſtrill. dec.152. nu.28.*, & conferunt relati per *Pignatell. conſult. Canon.139. num.54. cum ſeqq. tom. 9.*

25 Vltrà inquàm, quod requiſita concubinatus in præſenti non deerant, adhùc tamèn præciſiuè ab illis, fui in ſenſu filios naturales dici etiam ad effectum ſuccedendi, tàm de Iure Canonico, quàm de conſuetudine, & ex communi vſu loquendi, omnes illos, qui ſunt procreati, & nati ex ſoluto, & ſoluta, inter quos poterat contrahi Matrimonium tempore natiuitatis abſque neceſſitate concubinatus expreſsè per Sacros Canones omni ratione damnati, vt plenè probant *Crauett. conſil.166. num.8. verſic. ſed ad iſtud, & ſequent.*, *Rouit. conſil.74. num.8.*, ibique plenè *Altimar. in addit. num. 21.*, *Campanil. diuerſor. Iur. Canonic. rubric. 11. cap. 13. num. 7. cum duobus ſequent.*, *Gratian. diſceptat.958. num. primo*, *Theſaur. quæſtion. forenſ.22. num. 2. verſic. ſed hodie de Conſuetud.*, *& num.17. lib. primo*, *Hieronymus Leo deciſ. Valentiæ 8. num.13.*, *Fontanell. deciſ.415. num.4.*, *& ſequent.*, *Capyc. Latro deciſ.14. num.12.*, *& deciſ.166. num.93.*, *& ſequent.*, *Conſtant. ad Statut. Vrb. annotat.37. num.7.*, plenè *Sadarin. reſponſ.38. per totum*, qui doctè, àc ſolidè per Iura, Doctores, àc rationes probat, *ſat eſſe tempus natiuitatis filij, ad hoc, vt ſit naturalis ſi eo tempore poterat inter Mulierem, & Maſculum, tùnc ſolutos contrahi Matrimonium = Rot. cor. Vbald. deciſ.217. n.7.*, *& in rec. deciſ.642. n.7. part.18.*, *& deciſ.377. nu.26. part.19.*

26 Huic opinioni eo magis adhæſi, quià prò illa militabant legalia fundamenta, & validiſſimæ rationes; Etenìm cùm dubitari non poſſit, quìn Ius Pontificium pœnitùs aboleuerit formalem concubinatum, prorsùs illud interdicendo, fas eſt dicere, quod noſtris temporibus impoſſibile prorsùs ſit, verum Concubinatum dari poſſe, ideoquè prorsùs quoquè impoſſibile redditur, quod poſſint dari filij naturales nati cum requiſitis à Iure Ciuili in concubinatu deſideratis; Cumquè quotidiè videamus dari ſucceſſionem filiorum naturalium, de neceſſe eſt, affirmare ad excludendum concubinatum à Sacris Canonibus damnatum, quod tales filij dicantur naturales, ex quo ſint nati ex ſoluto, & ſoluta etiàm extrà figuram concubinatus, ſecundùm vulgarem vſum loquendi, ad quem Ius ciuile trahendum venit, vt punctualitèr loquitur *Bald. conſil.129. num.3. lib.2.*, *Iaſon. conſil.50. lib.3.*, *Gabriel. conſil.29. conſil.140. num.12. lib. primo*, vbi teſtatur *Rotam ità tenuiſſe in diuerſis Caſibus*, *Iacob. Emilian. conſil.31. per totum*, *Berrett. conſil.9.*, & latè *conſil.117.*, vbi ait *hanc opinionem eſſe veriorem, & receptiorem* = *Riminald. Iunior. conſil. 187. num. 82. cum ſequent.*, *& conſil. 225. num. 76.*, *& ſequent. lib. 2.*, vbi reſpondet contrarijs, *Surd. conſil.355. num.55.* vbi ait *hanc eſſe crebriorem opinionem* = *Peregrin. de Iur. Fiſci lib.3. titul.18. num.20.*, vbi ſubdit pluries fuiſſe deci-

ſum

ſum prò hac opinione, & de *Fideicommiſſ. artic.28. num.86. verſic. Et ità eſt de ſtricto Iure, Craſſ. de ſucceſſ. in §.Inſtitutio quæſt.7.n.7.*, vbi ait, *hanc opinionem receptam eſſe de Conſuetudine, Carol.Anton. de Luca de lin. legal. artic.4. num.2. tom. 2. idem in obſeruat. ad Deciſ. de Franch.291. num.4.*, & benè *Antunez. de Donat. Reg part. 3. cap. 18. num. 47.*, vbi quod Iura Ciuilia loquentia de naturalibus antiquorum temporum hodie habent locum in ijs, qui dicuntur naturales iuxtà diſpoſitiones Sacrorum Canonum, *Molin. de Iuſt. & Iur. diſputat.66. concluſ.4. verſic. ratio autèm, Pignattell.conſultat. Canonic.139. num.19. tom.9.*, plenè *M.ſtrill. dicta deciſ. 152. num. 17., cum ſequent.*, *vbi num. 25.* reijcit, & declarat, contrarium firmantes *Merlin. de legitim. libr. primo titul. 2. quæſt.5. num.7.*

27 Quamobrèm licèt *Lucidor. in ſuo Tractatu de Illegitim. in Præludio num.3., & ſequent.*, ex mente aliorum Doctorum referat contrariam Sententiam, quod filij naturales non dicantur illi, qui nati ſunt ex Virgine honeſtà ſtuprum paſſa, quodque in hoc Caſu expoſcantur requiſita Iuris Ciuilis, vel ſaltèm proteſtatio ſuper concubinatu, attamèn dicta opinio mihi non placuit, ſicuti ab alijs Doctoribus mòx recenſendis non fuit amplexa, quia talis proteſtatio ſuper Concubinatu, nedùm non requiritur, ſed nèc fieri poteſt, ex quo à Sacris Canonibus remanet interdictus, vt probant Doctores ſuperiùs relati,& ſignantèr *Rouitus dicto conſil.74. nu.8.*, ibique *Altimar.*, qui vlteriùs conſiderat, quod ſi eſſent neceſſaria requiſita concubinatus, vel proteſtatio, vt exindè filij naſcantur naturales, non daretur hodie caſus, in quo adeſſet aliquis filius naturalis, dùm concubinatus eſt prohibitus: Vnde ad hujuſmodi abſurdum tollendum, ſat eſt ad hoc, vt filius dicatur naturalis, quod procreatus, & progenitus ſit ex Perſonis inter quas poterat contrahi legitimum Matrimonium, vt probant Authoritates ſuperiùs allegatæ, & ſignantèr *Sadarinus dicto reſponſ.38. per totum*, & vltrà ibidem relatos probat *Boſſ.de Patria poteſta.part.12.cap.6. §. Primo num.157., & ſequent.*, *Conſtant. ad Statut. Vrb.dicta annotat.37.num.8. cum duobus ſequen.*, & hanc opinionem tenuit *Rot. in Bononien.fideicommiſſ. 16. Ianuarij 1682. §.Quamuis cor.bon:me: Pauluccio.*

28 Et quamuìs ex ſuperiùs deductis mihi conſtiterit, dictam Sororem Mariam Conſtantiam eſſe filiam naturalem dicti Marchionis Nicolai Mariæ Pallauicini, non exindè tamèn putaui, exaudiendos eſſe Dominos Defenſores Monaſterij petentes Immiſſionem ad totum As hæreditatis, ſub eo fundamento, quod ſicuti filius Illegitimus per oblationem Curiæ Sæculari efficiebatur legitimus iuxtà *Text. in Leg. Communia Cod. de naturalib. liber., & in §. Filius Auth., quibus mod's naturales efficiantur ſui*, ità per ingreſſum in Religionem offerendo ſe Curiæ Cœleſti, memorata Monialis dijudicanda venit etiàm legitima, nè dùm ad effe-

ctum

ctum fruendi honoribus, & Dignitatibus, ſed etiam ad effectum ſuccedendi in tota hæreditate Patris ſui, quoties decedit nullis relictis liberis, neque hæredibus legitimis, quemadmodùm concludunt Doctores ſequentes Doctrinam *Gulielm. de Cuneo in l.prima Cod.de Sacroſanct. Eccleſ., & in Leg. Communia num.5. Cod.de natur. liber., Paleott. de noth., & ſpur. cap.45. num.5., & 6., Craſſ. de effect. Cleric. effect.57. num.2., Ancharan. quæſt.60. num.5., & ſequent.lib.2., Ioannes Franciſcus de Pont.conſil.16. num.primo cum ſequent., & conſil.17. per totum tom. primo, Cancer. variar. reſolut. part. prima cap.5. num.43., Surd. de Aliment.quæſt.prima num.42., Michalor. de Fratrib. part.3.cap.26., & ſequent., Mart. de Succeſſ. legal. part. prima quæſt.18. artic.8. num.33., Roxas de Incompatibilit. part. prima cap.6. §.8. per tot.*; Præcipuè ad excluſionem Fiſci, vt videtur firmare *Spad.conſil.162.n.71., & 72.lib.1., & conſil.110. n.14.lib.3.*

29 Hìs inquàm non obſtantibus fui in Voto, dictum Monaſterium ex Perſona dictæ Monialis, nìl aliud poſſe prætendere in ſucceſſione dictæ hæreditatis, præter dictas duas Vncias; Etenìm nulla lege probatur, quod Ingreſſus in Monaſterium ſit ad inſtàr oblationis Curiæ, eoſdemque effectus operetur, & quamuìs *Gulielm. de Cuneo*, alijque ſuperiùs allegati, firment, quod legitimatio per Ingreſſum in Monaſterium ſit adinſtàr legitimationis per oblationem Curiæ, attamèn omnes, vt dixi, ſinè lege loquuntur, abſque eo, quod id deduci poſſit ex *Cap. primo de fil. Præsbyteror.*, cùm *Textus* ille benè probet, quod Spurius Monaſterium ingrediens dicatur diſpenſatus à Iure, vt promoueri poſſit ad Ordines Sacros, ſed non ad alia; Vndè ex hoc non ſequitur, eſt diſpenſatus ad ſpiritualia, ergò eſt legitimatus ad effectum ſuccedendi, vt in hiſce terminis reſpondit *Berous conſil.163. num. 29., Fagnan. in Cap. vt fil'j, num.14., & ſequent. de fil. Præsbyteror., Gulielm. de Benedictis in Capit. Raynutius verb.ex Vxore nomine Adelaſia num.688. de Teſtament.*, vbi ait == *Veritatem prioris Sententiæ eſſe ſibi valdè dubiam* == Iunctis alijs relatis per *Sanchez. ad Præcept. Decalogi lib.5. cap. 5. numer. 26., Azeued. in leg.10. titul.8. libr.5., Recompil. à numer.9. vſque ad num.14., Suarez. tom.5. part.3. diſputation. 50. num.16.*

30 Ideoquè quamuis per ingreſſum in Religionem abſtergi omnem humanam maculam Ingredientis ſanciuerit *Text. in Authent. de Monac. in principio, Rot. deciſ.480.num.8., & ſequent. part.18. tom.2.*; Et per conſequens, ad inſtar oblati Curiæ Principis Sæcularis, effici legitimum, & acquirere Ius ſuccedendi voluerit *Guillelm.à Cuneo in leg. prima Cod. de Sacroſ.Eccleſ.*, cum alijs ſuperiùs citatis; Attamèn (vltrà quod legitimatio per oblationem Curiæ Principis receſſit ab Aula; Et conſequentèr nulla ex ea poteſt induci congrua æquiparatio cum legitimatione facta per Ingreſſum in Religionem, vt pluribus relatis concordantibus firmat *Pier. in eius voto 73. num.54. poſt Torr. de maiorat.*) hujuſmodi æquipara-

ra-

ratio à DD. magni nominis reprobata fuit, àc ſæpiùs à Sacra Rota, & meritò ob diſparitatem rationis vigentem intèr vnum, & alterum caſum. Ideò enim Oblatus Curiæ Cœſaris efficiebatur legitimus, quia præſumebatur ab ipſo Cœſare legitimus effectus in præmium illius Miniſterij, cui Illegitimus addictus eſt, quæ ratio penitùs ceſſat in Oblato Curiæ Cœleſti, qualis dicitur ingrediens in Religionem; Proindequè licèt ob Vitæ Sanctimoniam, morumquè honeſtatem in ſtatus Monacalis perfectione, adeò commendabilis, & purus reddatur, vt non obſtante defectu natalium dignus reputetur inſeruire Altiſſimo in ordine Sacerdotali, vt patet ex litera *Text. in dicta Authent. de Monacis relat. per Rot. deciſ.*480. *num.*8., *& ſequent. part.*18. *recent.*; Attamèn ad effectum conſequendi honores, & Dignitates in eadem Religione, nèc etiam ſufficit ſolus Ingreſſus, niſi interueniat Apoſtolica diſpenſatio, quemadmodùm diſponitur in Conſtitutione Sixti Quinti in Ordine la 71. *Bullar. nou.*, & firmant *Pignatell. conſultat. Canonic.*21. *per tot. tom. primo Lup. de Illegit. commentar.*3. *in præfat. n.*23. *vbi n.*24., ait: *Quod hodie ceſſat hac Diſputatio, attenta d. conſtitutione Sixti V.*

31 Quod multo magis tranſit ſinè difficultate ad effectum ſuccedendi ad bona temporalia, & ad inteſtatam ſucceſſionem Paternam, vt in hiſce terminis firmant *Couar. de Matrimon. part.* 2. *cap.* 8. *ſub num.*4., *Sanchez. ad Præcepta Decalogi lib. primo cap.*5. *num.*26., *Bonaccin. oper. moral. tit. de cenſur. in gener. diſputat.* 7. *quæſt.* 2. *punct.*4. *num.*14. *verſic. àn autèm*, *Lup. de Illegitim. commentar.*3. *in Præfat. num.*23., & pleniùs *Azeued. leg.*10. *lib.*5. *tit.*8. *num.*12. *tom.*3., *Manſ. conſult.*609. *numero primo*, *& ſequent.*, *Barboſ. de Iur. Eccleſ. lib.*10. *cap.*42. *num.*196., *Lucidor. de Illegitim. cap.*24. *num.*16., *Merlin. de legitim. lib. primo tit.*2. *quæſt.*6. *num.*15., *Rot. coràm Mantic. deciſ.* 32. *num.* 4., *& coràm Buratt. deciſ.* 872. *n.*6., *& in rec. dec.*310. *n.*32. *par.*18. *tom.*1., *& dec.*480. *n.*10., *& ſeq. d. par.*18. *tom.*2.

32 Abſquè eo quod obſtet Spada in Conſilio ſuperiùs allegato, quippè præciſiuè à rationibus, & fundamentis ſuperiùs enucleatis, ſat eſt animaduertere, quod in oppoſitum ſtat verior, & communior ſententia, vt patet ex *Sanchez. ad Præcepta Decalogi lib. primo cap.* 5. *num.*26., *Barboſ. de Iur. Eccleſ. lib. primo cap.*42., *Merlin. de legitim. lib. primo titul.*2. *quæſt.*6. *num.*15., iunctis alijs ſuperiùs laudatis, qui in concurſu magis attendendi ſunt, cùm concluſionem firment in tractatibus, iuxtà monitum *Mynſinger. practic. obſeruat. centur.*6. *obſeruat.*60. *per tot.*, *Manſ. obſeruat.*81. *num.*52., *Palm. Nepoſ. allegat.*38. *num.*14., *Card. de Luca de Teſtament. diſcurſ.*74. *num.*7., *& de fideicom. diſc.*143., *Adden. ad R. P. D. Anſald. deciſ.*75. *num.*48. *cum ſequent.*; Maximè quià ex illius lectura patet, non loqui in terminis, in quibus verſamur, ſed in terminis conſtitutionis Sancti Pij Quinti de Illegitim. Cleric.; Vndè cùm concluſionem firmet ad diuerſum effectum, àc in diuerſo caſu,

ſu, nullatenùs videtur in præſenti applicabilis, vt proſequitur *Adden. ad R.P.D. Anſald. d. dec. 75. n. 51., & ſeq.*

33 Ab hujuſmodi ſententia, in qua adhæſi fauore Monaſterij prò ſexta parte hæreditatis, non valuit me retrahere fundamentum ſtrictiſſimè inculcatum à DD. Defenſoribus Reuerendæ Cameræ innixum ſupèr renunciatione à dicta Moniali expleta fauore dicti Marchionis Nicolai Mariæ Pallauicini, de omnibus, & quibuſcumquè bonis, atquè Iuribus ſibi competentibus, quæquè competere poterant, tàm de præſenti, quàm de futuro, ſupèr Paternis bonis, concepta per viam donationis irreuocabilis intèr viuos; cujus verba ità ſe habent = *In perpetuo hà dimeſſo, rilaſſato, trasferito, ceduto, renunciato, e refiutato per titolo di Donatione pura, mera, ſemplice, perfetta, & irreuocabile, che ſi fà, e dice fare tra vivi, hà donato, ſiccome cede, renuncia, e dona, à fauore non ſolo del predetto Illuſtriſſimo Monſignor Fiſcale tutte, e ſingole ragioni, attioni &c.*; Cumquè ex dictis verbis pateat, renunciationem eſſe realem, & abdicatiuam, exindè inferebatur, quod memorata bona ex nulla ſui parte ad Renunciantem reuerti poſſunt, præcipuè deficiente pacto reuerſiuo, quinimò in hiſce circumſtantijs in defectum omnium hæredum tranſire deberent ad Fiſcum hæredem anomalum, potiùs quàm redire valeant ad Renunciantem, ſicutì pluribus relatis concordantibus firmauit *Rot. in Cauallicen. Donationis 21. Nouembris 1707. §. Ità ex oppoſito cor. R.P.D. Anſaldo, & in eius confirmatoria 2. Iulij 1710. §. Quibus omnibus cor. R.P.D. Lancetta*.

34 Etenìm nullum eidem Monaſterio impedimentum præbere poterat Domina Maria Hieronyma Arnalda aſſerta filia, & hæres, quondam Paulæ Mariæ Calciæ, quippè cum iſta nullatenùs probet, dictum Marchionem Nicolaum Mariam eſſe filium Antoniæ Calciæ matris dictæ Paulæ Mariæ, quinimò ex fundamentis latè expenſis in ſecundo Articulo, contrarium manifeſtiſſimè conuincatur, quo in caſu, cùm nullum habeat Ius cognationis reſpectu dicti Marchionis Pallauicini, reputanda venit, vtì prorsùs extranea.

35 Nequè vllum obſtaculum mihi viſum fuit, poſſe adeſſe ex parte Reuerendæ Cameræ, quamuìs enìm Fiſcus ſit hæres anomalus, & ſuccedat bonis, & non Perſonæ, vt latè nupèr fuit demonſtratum in ſecundo Articulo; Attamèn non exindè poteſt dici in dicta renunciatione compræhenſus ſub nomine hæredum, & ſucceſſorum, quippè cum renunciationis materia ſolummodò pendeat à prudenti Iudicis arbitrio, qui penſatis verbis, & conuentionibus in illa adiectis, nèc non perpenſa tàm voluntate Renunciantis, quàm Renunciatarij, animaduertere debet, an adſit Perſona, quæ poſt deficientiam omnium hæredum, & ſucceſſorum, poſſit veriſimilitèr excludere Renunciantem, idquè, etſi verſemur in Renunciatione reali, & prorsùs abdicatiua, per ea, quæ circà primam concluſionem ponderat *Gallerat. de renunciat. lib. 2. cap. 5. num. 26.*

num.26. verſic. nàm renunciatio, Torr. de pact. futuræ ſucceſſ. lib.2. cap.15. num.91., Rot. poſt eumdem deciſ.116. num.17., & in Marſicana ſucceſſionis apud Manſ. conſult.258. num.2., ; Et de ſecunda ad rem ponderat *Donat. Anton. de Marin. reſolut. 190. num. 9.* , *Capyc. Latr. conſ.76.n.64., Manſ.conſ.157.n.20.cum ſeq., Card. de Luca de renunciat. diſc.2.n.9.*

36 Perpenſa igitùr à me voluntate, tàm Monialis Renunciantis, quàm Marchionis Nicolai Mariæ Patris Renunciatarij, ſanè ex vtraque voluntate mihi viſum fuit, Fiſcum in illa non fuiſſe compræhenſum; Et quidèm inſpecta voluntate Renunciantis, quamuìs enìm illa renunciauerit fauore Marchionis Patris, eiuſque hæredum, & ſucceſſorum, quorum appellatione veniunt etiàm hæredes extranei, attamèn ab omni veriſimilitudine mihi alienum viſum fuit, quod Renuncians voluerit includere Fiſcum, & Monaſterium excludere, quod eſt loco filij, quodque prò Domicilio perpetuo ſibi elegerat, iuxtà *Conſil. Bald.343. num.2. verſic. Pone enìm lib. primo, Molpheſ. ad Conſuetud. Neapolit. titul. de renunciation. quæſt.17. num.16., Manſ. conſultat.256. num.20., & ſequent., & conſultat.295. num.18., Cardinal. de Luca de renunciat. diſcur.4. num.16., Torr. de pact. futur. ſucceſſ. lib.2. cap.15. num.8., Rota poſt eumdem deciſ. 64., & deciſ. 200., & coràm Merlin. deciſ.162. num.25., & ſequent., & in recent. deciſ.113. num.5. cum ſeqq. part.18.*

37 Idem paritèr viſum fuit, inſpecta voluntate Marchionis Patris Renunciatarij, quia etſi Renunciatio illius fauore facta compræhenſiua ſit omnium eius hæredum, & ſucceſſorum, adhùc tamèn ſub dicta appellatione neutiquàm dici valet, eſſe compræhenſum Fiſcum ad excluſionem ipſiuſmet Renunciantis, proptèr defectum hæredis ſcripti, vel legitimi; Siquidem mentio hæredum, & ſucceſſorum, non eſt indefinitè concepta, ſed qualificata, ideſt *à fauore de ſuoi Genitori, Conſanguinei, e degli loro Eredi, e Succeſſori qualſiuoglia* ponderando dictionem illam *delli loro* = quæ cum ſit coarctatiua, & reſtrictiua, referenda ſolummodò venit ad ſolos hæredes Renunciatariorum tantùm, non autem ad Fiſcum, vti monet *Caſtald. conſult.216. num.7. Paulut. diſſert. 84. num.78. tom.2. Torr. variar. Iur. quæſt. tom.2. tit.7. quæſt.8. num.49.*

38 Præcipuè animaduerſo, quod Fiſcus ſub dicto nomine hæredis nequaquam venire valet, neque virtute compræhenſionis, nequè virtute tranſmiſſionis, cum Fiſcus in bonis vacantibus, non ſit vocatus ab Homine, ſed à Iure, vt firmant Authoritates relatæ in ſecundo Articulo; Et in hiſce præciſis terminis, quod quando Renuncians, non agit ad excludendos hæredes, tàm legitimos, quàm extraneos ex Perſona Renunciatarij venientes, ſed ſolummodò intendit reuertere ad Iura renunciata ad excluſionem Fiſci, vltrà Authoritates ſuperiùs relatas, communiter firmant *Schettin. de pact. futur. ſucceſſ. par.3. ſect.8. num.22.*

num.22.; & latiùs num.25. *Paulutius dicta diſſertat.84. numer.5. tom.2., Torr. variar. Iur. quæſtion. tomo primo titul.2. quæſt.24. num.26., & titul.2. quæſt. 6. num.41., & tit. 7. quæſt.6. num. 41. tom.2., Rota coràm Amat. Dunozett. deciſ. 641. num.17., & 20., & num. 27. cumſeqq., & deciſ.676. numer.32., & in Romana Hæreditatis de Lanuuijs 18. Iunij 1685. coram Heruault. impreſſ. apud Ramon. tom.2. deciſion. prima numer.6.* ibi == *Quia ſuppoſito, quod Renuncians ad inſtàr mortui è medio ſe ſubſtulerit, abſurdum non eſt, vt aditum ad ſucceſſionem aperiat alijs æqualibus, ſeu Remotioribus quamuis extranei ſint, qui ipſo verè mortuo ſucceſſiſſent; inter quos tamen Fiſco locus non erit, ſed ad huius excluſionem reuiuiſcent Iura Renunciantis, Rota coràm Dunozett. Iunior. deciſ.676. num.30., & ſequent. Fiſcus enim in certis ſolummodò caſibus eſt hæres in ſubſidium, vel in pœnam datus à lege non autem ex prouiſione hominis ad ſuccedendum allectus* == Quæ Deciſio eſt repetita apud *Palm. Nepot. allegat. 295. num. 3.*, & in eadem Cauſa priùs firmauit *Rota coràm clar. memor. Cardinali Taya impreſſ. apud Manſ. conſult. 258. numer. 19.*, & nuperrimè reaſſumpta materia doctè de more ſuo loquitur *R. P. D. Anſald. in Annotat. ad deciſ.15.num.20., & clariùs ſub num.23. verſic. Et quidem.*

39 In nihilo penitùs releuante replicatione, quod memoratæ Authoritates loqui videantur in terminis Renunciationis ſimplicis, ac perſonalis, non autèm realis, & conceptæ per viam irreuocabilis Donationis inter viuos, cuius natura eſt, vt bona donata exeant de manu Donantis, abſque vlla ſpe illa recuperandi, quæque cum ſit compræhenſiua omnium hæredum, & ſucceſſorum quorumcumque, compræhendat quoque Fiſcum, ex deductis *per Rotam in dicta Caualliccn. Donationis prima Februarij 1706. coràm R. P. D. Scotto Almæ Vrbis Gubernatore, & in eius Confirmatoria ſub die 21. Nouembris 1707. §. Ita ex oppoſito, coràm R.P.D. Anſaldo, & 2. Iulij 1710. §. Quibus omnibus coràm R.P.D. Lancetta.*

40 Huiuſmodi namque motiuum apud me nullius fuit efficaciæ, tùm ex eo, quod Fiſcus, ex ſuperiùs deductis, non venit ſub nomine hæredum, tùm etiam quia, cùm tàm in parte procemiali, quàm in parte diſpoſitiua dictæ Renunciationis, dignoſcatur actum fuiſſe de vera Renunciatione, non autem de Donatione ibi == *Hà dimeſſo, rilaſſato, traſferito, ceduto, e renunciato* == licèt poſtmodum addantur Verba Donationem inter viuos præſeferentia, nihilominùs non exindè dici poteſt, quod Renunciatio prædicta ſit vera Donatio inter viuos irreuocabilis, cum principalitèr actum fuerit de renunciatione, non autem de Donatione, & actus ſemper maneant in illis terminis, de quibus principalitèr actum fuit, nullatenùs attentis verbis poſtmodum adiectis, vt in hiſce præciſis terminis ponderat *Manſ. conſult. 256. num.33. verſic. Nec aliquid ponderis, & conſult. 258. numer.*

15.,

45., *& ſequen. Torr. de pact. futur. ſucceſs. lib. 2. cap. 10. n. 46. Idem Torr. variar. quæſt. tit. 7. quæſt. 8. num. 64. tom. 2., & Rota poſt eumdem deciſ. 63. num. 8., & deciſ. 72. num. 11., & 12.*

41 Non refragante replicatione, quod ſupradicta Theorica non procedat, quando donatio eſt concepta per caput ſeparatum, & ſic per actum diſtinctum, & independentem à Renunciatione, vt videbantur firmare Authoritates in oppoſitum adductæ. Quoniam cum in prima parte principali dictæ Renunciationis clariſſimè deducatur, Renunciantem habuiſſe voluntatem, & intentionem principaliter renunciandi, cedendi, ac refutandi bona ſua, quamuis poſteà conſecutiuè, & in eadem oratione legantur adiecta verba Donationem præſeferentia, adhùc tamen non fuit facta Donatio per caput ſeparatum, ideoque actus ſemper retinet Indolem, & naturam Renunciationis, nèc eadem Oratio poteſt ſcindi in duas partes diuerſa præſeferentes, vt probat, *Rota coràm Coccino deciſ. 2122. num. 8., & coràm Priol. deciſ. 199. numer. 9., & in Romana, ſeù Ianuen. Succeſſionis 11. Martij 1683. coràm clar. memor. Cardinali Matthaio impreſſ. apud Palm. Nepot. allegat. 200. num. 7., & ſeq.*, & in puncto reſpondet *Rota deciſ. 72. num. 11., & ſeqq. poſt Torr. de pact. futur. ſucceſs.*

42 Quamobrem in hiſce terminis inapplicabiles erant Deciſiones emanatæ in d. Cauallicen. Donationis, ibi enim, vt ex facto enarrato in dd. Deciſion. liquet, caſus erat de pura donatione inter viuos abſque vlla mixtura Renunciationis, facta Lucretiæ Matri, nulla alia conſiderata Perſona, & in hoc caſu cũ bona donata, irreuocabilitèr fuiſſent vſq; ab initio d. Donatariȩ, talitèr conquiſita, vt nulla ſpes reuerſionis adeſſet quoad Donantem, nil mirum ſi Sacra Rota iudicauit, quod mortua Donataria ab inteſtato nullus Donanti competebat regreſſus, ſed in illa ſuccedebat eius Soror ab Inteſtato, vt in Deciſione emanata *coràm R.P.D. Anſaldo 21. Nouembris* 1707. Et quamuis *in §. Ità ex oppoſito* dixerit, quod ſi factum præberet, quod hæredes non exiſterent, tàm ex Teſtamento, quàm ab Inteſtato, Fiſcus exindè ſuccederet, tamèn id non affirmauit, ex quo Fiſcus in hoc caſu eſſet tacitè à Donataria inuitatus, ſed id dixit, ex quo Fiſcus ob deficientiam omnium hæredum, vſque ad Decimum gradum ſuccedebat de Iure in bonis donatis, tanquam vacantibus, ſicque vti vocatus à Iure, non verò à Donante, neque à Donatario, *iuxtà Textus in Leg. prima, & 4. Cod. de bon. vacan. libr. 10.* iunctis alijs relatis *per Antunez de Donat. Reg. par. 3. cap. 14. num. 2., & ſeqq.*

43 Et in omnem Caſum, ac quatenùs verſaremur in terminis Donationis, principalitèr, ac primariò in renunciatione expreſſis, adhuc tamen apud me ſummoperè vrgebat, quod illa ſexta pars hæreditatis in præſenti debita dictæ Sorori Mariæ Conſtantiæ, non erat illi quæſita de tempore emiſſæ Renunciationis, & reſpectiuè Donationis, ac propterea Donatio, quæ in bonis non quæ-

ſitis

ſitis non datur, ſuper illa cadere non poterat, *vt per Tiraquell. in Leg. ſi vnquam verſic. Donatione largitus numer.* 180. *cum ſeqq. Cod. de reuocand. Donat. Torr. de pact. futur. ſucceſſion. libr.* 2. *cap.* 10. *num.* 11. *Rota poſt eumdem deciſ.* 63. *num.* 6., & *deciſion.* 64. *num.* 21., & *deciſ.* 128. *nu.* 17., & *in recen. deciſ.* 325. *nu.* 5., & *ſeqq. par.* 6. *recen.*

44 Ac tandèm in hac Sententia me confirmabat reflexio illa, quod in noſtra hypotheſi, non agitur equidem de Donatione, ſed de Renunciatione, vt dixi, facta intuitu, & fauore certarum Perſonarum, illorumque hæredum, & ſucceſſorum, ad differentiam Donationis, quæ fieri ſolet intuitu ſolius Donatarij; Exindè autem ſequitur, quod ſicuti Renunciatio firmitatem non habet, niſi durantibus Perſonis contemplatis, ità illis in caſu præſenti deficientibus, dicendum venit, quod Renunciatio euanuerit, & omnis veriſimilitudo impellit ad credendum, Renunciantem voluiſſe quidem ſe ſpoliare fauore Perſonarum contemplatarum, non autem fauore Perſonarum penitùs extranearum, qualis eſt Fiſcus *Cardinalis de Luca de renunciat. diſcurſ.* 4. *numer.* 16., *Torr. de pact. futur. ſucceſs. libr.* 2. *cap.* 15. *num.* 18., *Rota poſt eumdem deciſ.* 64. *num.* 18. *cum ſeqq.*, & *deciſ.* 200. *num.* 17. *cum ſeqq.*, & *in Recent. deciſ.* 113. *num.* 6., & 7. *part.* 18. Quod ſecùs eſt in Donatione de ſui natura vſque ab initio præſeferente irreparabilem deperditionem rei donatæ, abſque vlla ſpe recuperationis, vt diſtinguendo caſum à caſu firmat eadem *Rota in dicta Cauallicen. Donationis* 21. *Nouembris* 1707. §. *Robuſtius*, *coràm R. P. D. Anſaldo*. Et retento principio, quod in actu, de quo agitur fuerint contemplatæ plures Perſonæ, ſupradicta regula euadit applicabilis, etiam Donationi, ſi quæ in dicto actu reperiretur inuoluta, quia talis Donatio, attenta contemplatione dictarum Perſonarum dici non poteſt realis, ſed Perſonalis, & conſequenter, defectis Perſonis contemplatis, præcipue abſque hæredibus legitimis, renunciatio, & vnà ſimul Donatio remanet reſoluta, nèc tranſit in Fiſcum, ſed reuiuiſcunt Iura Renunciantis ob inſinuatam rationem, vt probat *Altograd. conſil.* 43. *num.* 51., & *ſeqq. libr.* 2. *Manſ. conſult.* 258. *numer.* 68., & *ſeqq. Caſtald. conſult.* 298. *numer.* 3. *Torr. variar. Iur. quæſt. tit.* 8. *quæſt.* 8. *num.* 65. *idem de pact. futur. ſucceſs. lib.* 2. *cap.* 10. *nu.* 42., & *ſeqq. Rota poſt eumdem deciſ.* 64. *num.* 19. & *coràm Emerix Sen. deciſ.* 99. *num.* 13. *cum pluribus ſeqq. R. P. D. Anſald. in annotat. ad deciſ.* 15. *num.* 20. *cum ſeqq.*

Et ità fui in Voto, proùt iudicaui &c.

Antonius Bertonius Auditor.